



SINVS
CANTABRICVS

GALLIE PARS

OCEANVS
OCCIDENTALIS

HISPANIA

TARRACONENSIS

LUSITANIA

BETICA

MARE IBERICVM

MARE BALEARICVM

Climas

Clis



DE HISPANIA ET EIVS AD GALLIAM comparatione.

HISPANIA vini frumenti & carniū copia uincitur à Gallia, eorum bonitate & sapore uincit. Pluuiarum multitudine Gallia fecunda, Hispani irriguis aquis plurimum utuntur, fossas à magnis fluminibus longissime trabendo. Septentrionalibus uentis & frigidibus hæc ut illa non fatigatur: unde oleum, mel, crocum, rubiam, minium, coccum, saccarum, spartum, libanotidem, limones, cappares, daftilos, citrea mala & pumica, aliosq; aromaticos fructus abundantius producit. Hispanorum temperatura calidior sterciorq; & color obscurus: Gallorum frigidior, humidior, caro mollis, & albicans color. Gallicarum sceminarum maior ad prolem fecunditas quam Hispanicarum. Grandioribus corporis membris Galli muniti, Hispani durioribus, arctissimo ad cingulum corpore. Galli maiori ferocia quam arte pugnant, et plus uirium quam consilij in bella serunt: Hispani contra. Est semper Hispania equorū pernicitate cōmendata, quos leuis armature equites tybis contra actis pulchre obequitat, hastiludia & militares omnes actus sepius quam Galli exercentes. Sunt tamen Gallorum cataphracti equites in precio. Galli ore libero, Hispani taciturni, qui dissimulare melius norint. Galli leti, dacres, & in conuiuia promi, hypocrisim et grauitatem quam seruant subtristes Hispani, penitus resugit. Sunt enim Hispani in symposijs minus sociales, cerimoniosi, nescio quam seueritatem affectantes, quod Galli non curant. Merum potant Galli, Hispani multa aqua dilutum. Apud Gallos aduene humanissime excipiuntur hospitij, nulli eis denegatur officij, ad uictum omnia parata proponuntur: Apud Hispanos duriter & inciuiliter, ut itinere sessus sibi cibum uicam querere cogatur. Id efficit quod Hispani nō sunt in itineribus ita frequētes, noluntq; tam largiter p edulij pecunia effundere: nec ad seruicia exhibēda ita sunt proni, ut nec principi cuius rusticus opera dignetur impendere si uisum non fuerit. Hispanicus sermo grauior, Gallicus suauior. Elegantiori inter Hispanos oratione Castellani latissimū populi utuntur: in Gallia uix scias que urbs uere Gallicæ loquatur, ut sit sermo ille magis nobiliū & curialū, quam alicuius certi loci peculiaris. Est etiā Hispanicus sermo latino ppinquior. Latior solo Hispania, sed nō ita populosa: auro ditior, sed nō mercaturæ negotiatōe: nec tot redditus ex hac sicut ex illa regi colliguntur. Gallici soli nulla ferē pars est ociosa, Hispanici plura sunt inculta & deserua loca. Aucupij & uenatio maior in Gallia, & plures altilibus etiā si carius emptis, uescuntur. Ex Hispania in Gallia mercatores deferunt Serici, & omnis generis pannos, lanas, crocum, saccarum, orizant, oleum alumen, grana tinctorū, gēmas & aromata ab Indis accepta. Ex Gallia in Hispania frumentum Linas telas, filij, pastel, libros, & minutiora alia mercimonia plurima, ut gladios, specula, acus, & c. Est in Hispania principum uirorum Ducum marchionum comitum & uaronum ingens numerus. In Gallia est quidē nobiliū copia, sed maiorū dignitatū pauci admodum principes: quod regis opulentia auget, qui solus omnia possidet. Duces numerantur in Hispania uiginti, quorū cuiusq; annuus census quinquaginta ac sexaginta ducatorū millia conficit. Marchiones uiginti, tantundē ferē redditū percipientes. Comites sexaginta, quorū annuus redditus à decē ad uiginti millia est ducatorū, & aliorū plus quam quinquaginta. Alij uicecomites, uarones, prouinciarum prefēti quos uocant adelantados, uiceroges, gubernatores, mariscales, alcaldes, omnes principes uiri, mibi sunt incomperi. Sunt ordinum equitum magni Magistri, ut Sancti iacobi Alcantare, Calatrare, Rhodiensium sancti iohannis, Montese, equitū quos uocant de Christi, & alij cognomēto Dauis. Horum cuiusq; redditus millia ducatorū est quinquaginta & plus. Quo ad ecclesiasticas dignitates superior est numero Gallia. nā Archiepiscopus habet duodecim, Episcopos nonaginta sex: Hispania Archiepiscopus nouē, Episcopos quadraginta sex. Cardinaliū in utraq; par numerus, nepe octonarius. Redditus horū maiores in Hispania, ut unica Toletana ecclesia ducenta millia ducatorū annuatim colligat, & solus Archiepiscopus octuaginta millia. Reliquorū oim cēsus & noia descibere, nisi essem forsā lectori morosus. Vice parlamētorū Gallie, quatuor sunt in Hispania iuridici conuētus, in Castella Granata Galicia & Nauarra. Ceterū iurisperitorū & foro litigantium multo maior in Gallia numerus. Fidei quos uocat inq; sitores in Marranos hereticos & Sarracenos magna sibi in Hispania uendicant autoritatē, & seuerissime animaduertūt. Est aliud iustitie genus mirabile, quod uocant hermada, est enim ciuū fraternitas iurata, ut in icū cāpane ex urbibus singulis multa hoim. nullia armati pdeant, & eū q deliquerit p uniuersam puincia psequatur, nūcijs cursoribus ad alias oēs ciuitates premisissis, ut penē impossibile fuerit euadere. deprehēsum palo uinū alligatū sagittis cōficiūt. Regna fuerūt in Hispania Maurorū tēpore plurima, nuper quinq; reges totā obtinuerūt, Castelle, Aragonie, Portu gallie, Granate, Nauarre. Vnus hodie Carolus Cesar rerū oim potitur, Portu gallia excepta, que p priū habet regē. Inquietus est & magna molēs Hispanorū animus, felices sunt ingenij, sed infeliciter discunt. Semidocti, iā se doctos putāt, sapientia maiorē quam habeāt simulatione & uerbositate quadā ostentant, sophistec plus satis diligit, lingua Hispanica plus quam latina in Academijs loqui gaudēt, quin & Maurorū uocabula plurima usurpāt: andē multis noibus & cōsuetudinibus barbariem colūt. Ingenij sui momentum in posteros & circūuicinas gētes ob lingue defēctū raro pducent, & ipsi semp aliūde libros emē dicant. Illud certe barbarū à Gallis censeatur, quod Hispanice scemine aurea uel argentea uirgula aurū ima perforant, gemma aliqua ut plurimū appensa. Ligno etiā circulo uentrē ambiunt, ut latiore incessu pompositores appareāt. nec domo egrediūtur, nisi sanulorū precedētū & ancillarū sequētū comitante caterua: Gallicæ uerō simplicitē, & una uix pedissequa comite. Illud in Hispanicis scemine laudandū, q; priscarum Romanarū instar, uino plurimū abstinet. illud uituperādū, q; collyrio, minio & cerusa faciem deformāt, quia natiuo colore sunt minore quam Gallicæ. Habēt etia Hispani in religionis ritibus supra morales oēs superstiosij: per regis solū & eius uitā gētilitio more iurant, & oscula manuū in salutatio nibus supplicant. Nomē aliquod à paucis annis bellica fortitudine Hispani sunt adepti plurimis ab hoste partis uictorij, ut qui laborij, sitis, & famis in acie sint toleratissimi, & in stragematibus cautissimi, leui corpore, ut facile hostē fugiat & sequatur. Frugalis uite scus & Itali, nec tantū cibi & potus ut Galli & Germani absumentes: nisi sint inuicati. nā tūc se ad saturnitatē explet edulij, quia rara eis & maiori auiditate accidūt cōuiuia. Oceanū nauigationibus ad incōpertas regiones toto orbe sunt clarissimi, uersus meridiē Africæ fines primi circumnauigauerunt, aduq; Calcut & alias orientis insulas: quod uer Lufitanorū siue Portugalesiū est peculiare. Ad occidentē Castellani pgressi, post insularū auro diuitiū multitudine, quā inuenere & imperio suo subicere, ad ipsum etiā Orientalis Indie cōtinentē sunt ducti: in quo indies magis & magis lustrando persistūt. Regionū quoq; que sub Australi polo sunt, notitiā nuper adepti.



A	Q	R
1	2	3
4	5	6
7	8	9
10	11	12
13	14	15
16	17	18
19	20	21
22	23	24
25	26	27
28	29	30
31	32	33
34	35	36
37	38	39
40	41	42
43	44	45
46	47	48
49	50	51
52	53	54
55	56	57
58	59	60
61	62	63
64	65	66
67	68	69
70	71	72
73	74	75
76	77	78
79	80	81
82	83	84
85	86	87
88	89	90
91	92	93
94	95	96
97	98	99
100		

TABVLA II. EVROPAE. HAE SVNT E COGNITIS TOTIVS ORBIS Prouincijs seu Praefecturis quas secunda Europæ tabula

complectitur.
Hispania Baetica.
Hispania Lusitania.
Hispania Tarraconensis.

SECUNDA Europæ tabula cōtinet Hispaniam totā, in tres prouincias partitā, cū insulis sibi adiacentibus. Parallelus autem per eius medium ductus, rationem habet ad meridianum, quam tria ad quatuor ferē. Terminatur autem tabula Ab oriente, Pyreneis montibus. A meridie, Balearico & Iberico pelago, fretorū Herculeo, & parte exterioris maris. Ab occasu, occidentali Oceano A septentrionibus autem, Oceano Cantabrico.

Lusitaniæ prouinciæ.

Norba Cæsarea maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{2}$ ferē. Distatq; ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$ ferē. Augusta emerita maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum horis 3 $\frac{1}{2}$ ferē.

Bætica

Islpalis habet maximam diem ho. 14 $\frac{3}{4}$. Et distat ab Alexā. uersus occasum ho. 3 $\frac{1}{2}$.

Corduba maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ ferē. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$. Tarraconensis.

Asturica augusta maximam diem habet hora. 15 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$.

Noua Chartago habet maximam diem hor. 14 $\frac{3}{4}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$.

Tarracon maximam diem habet hor. 15. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 2 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

Clunia maximā diē habet hor. 15 & octaua parte. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{4}$.

Cæsarea Augusta maximam diem habet hor. 15 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3.

Gadira insula maximam diem habet hor. 14 $\frac{1}{2}$. Et distat ab Alexandria uersus occasum hor. 3 $\frac{1}{2}$.

AREA TABVLAE.

Secunda uerō Europæ tabula continet à partibus 2 $\frac{1}{2}$ usq; ad partes. 20 $\frac{1}{2}$. Fitq; Lōgigudo partium 18. Latitudo autem à partibus. 36. usq; ad partes. 46 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$. Ita ut Latitudo fiat partium 10 $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$.

E-100



Gorda-12
SPAIN & PORTUGAL - 454 RARE BOOKS, LONDON 1/3/90
MICHAEL SERVE-TUS - 1535
Compiled by Michael Seruetus and published at Lyon in 1535
by Martin Gospar and Melchior Trechsel

